Eſt enim partim remotum ab effecto, partim etiam occultum, nec cauſam habet cognitam Gödelman. lib. 3. de Sagis c. 5. Fieri poteſt ut ſangvis qvi in venis delituit, agitato corpore, & venarumoris reſeratis erumpat. Lem. de occult. natur. mirac. cap. 7. Sæpe qvoq; deprehenſum, cadavera nihil ſignaſſe, etiam præſente interfectore vero, & rurſus promanaſse præſente dilectiſſimo: Sic cuidam amicæ ſuæ adſidenti ſangvis erupit. Libav. in tract. prop. hac qvæſt. edit.

Fieri inſuper poteſt, ut diabolico aſtu cadaver inducatur ad ſangvinis profluvium, ut noceat innocenti. Tortura qvoq; magni præjudicii eſt, qvamq; mors aliqvando comitari ſolet. Marſil. in pract. crim. Ergò in re dubia benigniorem interpretationem ſeqvi non minus juſtius, qvam tutius, ſanctiusq; eſt, hoc caſu nocentem abſolvere, qvam inſontem condemnare. *l. ea qvæ. ff. de R. I. l. abſentem ff. de pæn.*

Das XVI. Capitel.

Vt ſurdus Lyræ audiat ſonum.

VIs vel manibus aures obderitè, ne ſonum audias, tunc capulum lyræ, vel cytharæ mordicus præhendito, pulſet eam alter & concinnum in cerebro dabit ſonum, & fortaſse ſvaviorem. Nec ſolum capulum dentibus captans, ſed longiſſimam haſtam, qvæ lyram tangat, & per eam clare auditur ſonus, diciq; poterit non auditus ſenſu, ſed guſtu percipere. Baptiſt. Porta. Mag. nat. lib. 2. cap. 25.

Das XVII. Capitel.

Daß einer drey Tage lang ſchläffet.

Nim